



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 4. Fiducia in Deum parit gaudium quoddammodo simile divino.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

Deo locum habeat; sed quod ita signis iisdem declarerit, quibus solent homines cū gaudent, cum tristantur, cum eos pœnit et; aut quod, ut dicunt alii, ejusmodi edat effectus passionum sine illâ tamen vel mutationis, vel sensus, quatenus adjunctam habent imperfectionem vicissitudine. § VI.

Fiducia in Deum parit gaudium in tribulatiō-
nibus quodammodo simile divino.

Hoc posito fundamento non est difficile ostendere in iis qui patiuntur cum perfecta in Deum fiduciā, generari perfectū gau-
dium etiam tunc cum gravissimas sustinent & tribulationes & persecutio[n]es. Nam sicut
haec erudit[us] virtute, bona quæque velut de
manu Dei suscipiunt, ita eadem magistra
virtute intelligunt mala, quæ patiuntur, sibi à Deo
infisi, ut ex afflictionibus suis major in Deum
gloria redudet; & cum amor proprius in ad-
versis non inveniat locum, quem habet non-
dunquam in prosperis, toto mentis impetu o-
mniq[ue] conatu in unum Deum tendunt, &
quanto pluribus gravioribus premuntur ma-
lis, tanto se Deo, a quo vocantur, conjungunt
arctius & in eo sincerius delectantur omni a-
liunde destituti oblectatione. Hinc jactura
bonorum sanitatis, existimationis, ex quibus
prius capiebant voluptatem, solidius in illis
parit

parit gaudium, adeo ut in Deo solo delectatur, quæ est perfectissima omnis gaudi plenitudo, ipsum videlicet gaudium Dei, qui sum est rerum omnium: Amplius dico, si fiducia Deum non essent prædicti, eam certe conceperent ex ipsa afflictionum, damnorum & delationum perpeſſione, quæ deinde obtemperante fiducia in illis gigneret ineffabile meritum gaudium tanquam virtutis hujus nobilissimum partum. Enim verò fieri vix potest, ut quis longo tempore adversa multa in hoc mundo patiatur quin sentiat levamē aliquod & solatiū in malis; secus enim si fieret, violenter nimis foret ac prorsus intolerabile humanae infirmitati: Proinde si sui cōpos est homo sic desertus à creaturis omnibus, ad creaturam omnium se convertet, immo Deus etiam attrahet eum ad se multò potentius divinis inflictionibus, quam repellant à se creature suæ persecutionibus. Ita fiet, ut quisquis eò angustiarum pervenerit, ut jam sibi succumbendum putet, postquam frustra opem imploravit creaturarum, totum se Deo tradat, nec in aliâ re ullâ sed in Deo solo fiduciam suam ponat, quæ animo concepta producit continuo in illo non levamē modò malorum quidquærebat, sed etiam laetitiam singularem regnus mundi delicias excedentem quam nō

que-

olo delectu
quarebat, quamque in afflictissimo illo suo
gaudii plau
statu ne sperare quidem audebat.

Dei, qui fan
o, si fiducia
erte conope
rum & de
nde obken
ffabile, me
ius nobilis
ix potest, u
multa in hoc
amē aliquod
eret, violen
tibile hum
os est homi
ad creatori
etiam attr
ivinus infi
eatura fuis
uis è angu
ibi succum
sem implor
tradat, nec
ciam suu
ducit conti
orum quod
gularem
quam non
que

Quare Deus interdum per creaturas affligat
servos suos.

Hic Deus manifestat arcanum divinæ
providentiae sui consilium, quo ita or
dinat de observantissimis sui cultoribus ut
eos non raro gravissimis persecutionibus
maximisque tribulationibus exercendos tra
dat, quo melius præcisâ omni spe, solatio &
oblatione creatarum rerum subtracta ad
se attrahat, sibiique arctissimis conjunctos since
tissimo sui amore, ac purissimo impletat gau
dio. Nam quamdiu se vident blandiente ter
renarum rerum comitatu septos, fieri vix po
tent quin iis capiantur & fidant. Unde mul
tum imminuitur fiducia, quam in solo Deo
habere debebant. Et quantum ex ipsis vo
luptatis & delectationis percipiunt, tantum
peridunt cœlestium consolationum & gau
diorum, quæ in uno Deo amato reperissent.
Sic olim testatus est Angelus qui B. Stepha
nam de Soncinno Ordinis S. Dominici doce
bat viam perfectionis. *Qui cum uxore est, in
quit Apostolus 1. Cor. 7. sollicitus est qua sunt
mundi, quomodo placeat uxori, & haec cogitat
quomodo placeat viro, & ita divisi sunt, Deo
duntaxat partem aliquam tribuentes ideo
que*